Iu. Heu insania tua, ciuitatisq;
Quæ te nutrit,
Corrumpentem adolescentulis.
Iniu. Non docebis hunc Saturnus existens.
Iu. Siquidem ipsum saluari oportet,
Et non loquelam solum exercere.
Iniu. Age ueni, hunc sine insanire.
Iu. Lugebis. manum imponis?
Cho. Cessate pugna & conuicio.
Sed ostende tuq; priores
Quæ docuisti, tuq; nouam
Disciplinam: ut audiens uos
Contradicentes iudicans eat.
Iu. Facere hæc uolo. INIV. Et ego uolo.
Cho. Age quis dicet prior uestrum?
Iniu. Huic dabo, & postea ex his quæ dicet
Verbulis nouis ipsum
Et sententijs sagittabo.
Postremo autem si loquetur,
Facie omni & oculis
Stimulatus tanquam à uespis,
A sententijs perdetur.

Versio carminum duodecim.

Cho. Nunc ostendite fidentes
Aptis
Sermonibus, & studijs, &
Sententijs impressis cogitationibus,
Vter ipsorum dicens
Melior apparebit.
Nunc enim omne hic periculum

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja